



Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],
libri VII**

Rupertus <Tuitensis>

[Köln], 1527

VD16 B 3703

Sicut fragme[n] mali punici, ita genæ tuæ, absque eo quod intrinsecus
latet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34445

RVP. IN CANT. CAN. CAP. III.

quia charitas est ignea, qua bene cum eo ligata,
sic deo adhaesisti, ut unus cum eo spiritus sis. Hinc
eloquium tuum dulce, quia uidelicet ex abun-
dantia cordis os loquitur, & dulcedinem, quod ab
dat interius, sapit sermo, qui redundat exterius.

Ecce Rhaab meretrix dulcis eloquij tui uitta
coccineam, siue funiculum coccineum in fene-
stra sua ligauit, signum surae fidei, quod nuntios Io-
sue siue Iesu suscepit atque saluauerit: dum Ec-
clesia quondam peccattix, & idolatriæ meretri-
cio sordida, & dulce eloquiu[m] tuum, quo magni-
ficauit anima tua dominum, pignus surae salutis
iugiter personat, & omnem doctrinam euangeli-
cam, in qua ipsos apostolos tua sine dubio labia
confirmauerunt, integra semper fide prædicat.

Et de omni quidem anima, quæcumque diuersa
sentientes ad unitatem sua prædicatione costrin-
git, ut idipsum dicant omnes, & hoc agit in cha-
ritate & fide non ficta: uerum est dicere: quia la-
bia eius sicut uitta coccinea: sed in ista gratia tu
cæteris omnibus es incomparabilis post me di-
lectum tuum, cui specialiter spiritus in Psalmo
dicit: Diffusa est gratia in labijs tuis.

Sicut fragmē mali punici, ita genæ tuæ,
absque eo quod intrinsecus latet.

Malū punicū dicitur, eo quod ex punica regione
sit genus eius translatū. Idem & malū granatum,
eo quod intra corticis rotunditatem granorum conti-
neat multitudinem. Negant medici mali huius ci-
bo corpora nutriti, sed eo sic utendum opinatur
ut medicari potins non alere uideatur. Ita, inquit
genæ tuæ sicut fragmen mali punici, i.e. uere cum

1. Cor. 6
Matth. 12

Io[achim] 2.
Luc[as] 1

1. Cori. 2.

1. Tim. 1.

Psal. 44.

Quid est
malū pu-
nicum?

COMMENTARIORVM LI. III. 50:
da es sicut decet uirginē, longe dissimilē filiabus
illis, quare cuilibet dicēdum fuit, frons mulieris
meretricis facta est tibi, & erubescere noluisti.
¶ Fragmen mali punici & rubet, & amplius q̄
integre malum redolet. Sic tu & singulariter ue
recunda es, & multis per bonam opinionem in
bono exemplo proficies. Quid autem est dicere,
absq; eo quod intrinsecus latet, nisi ac si diceret,
& illud, quod intus in conscientia latet, amplius
laudabile est? O uere laudabilis uerescundia, ubi
& intus conscientia munda, & foris facies uere
cunda est. Nam ubi est aliquid: quo mens erube
scat, non a deo laudabile est, si conspectā faciem
rubor perfundat. Igitur tua uerescundia quid est
nisi religiositas summa? Et hæc uirtus, sine du
bio, malo punico debuit assimilari, quia gratiosa
est intuentiū oculis, & interdum suo silentio non
minus ædificat q̄ sermo prædicationis. Vnde in
tunicā pontificis deorsum ad pedes eiusdem tu
nicæ: Facies (inquit dñs ad Moysen) per circui
tum, quasi mala punica ex hyacintho purpura
& coco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulū
ita ut tintinnabulū sit aureū aliud & malū punicū
rursumq; tintinnabulū aureū aliud & malū pu
nicū, & uestietur ea Aaron, i officio ministerij,
ut audiatur sonitus, qñ ingreditur & egreditur
sanctuarium, in cōspectu dñi, & non moriatur.
Malū q̄ppe punicū in medio tintinnabuloꝝ re
ligiosum atq; opossum est silentiū, maxie sexus
feminei, i societate fidei, uel doctrinæ prædica
torꝝ: qualis tu præcipue fuisti uirgo uirginū, in
aditorio uel etiā regimine prædicatiū apostolo
rū, cuius & si uerba nō leguntur uel audiuntur,

Hiere. 3

Exod. 28.

G 2

RUPER IN CANT CANT. CA. III
ubi prædicauerunt: opera tamen uel merita non
ignorantur, nō minora, imo maiora tinnitu præ
dicantium. ¶ Illud quoq; factitium malum puni
cum rubicundum erat, utpote non ex solo hya
cinto, qui color aerius uitam significat cœlestē,
uerum etiam & ex purpura & coco bis tincto
factum. Et ita genetuæ, o dilecta uerecundia, et
magistra competentis uerecundiae siue religio
nis necessariæ: cuius uerecundia tanto est lauda
biliar, quanto conscientia glorioſior tutior atq;
securior.

¶ Sicut turris Dauid collum tuum, quæ
ædificata est cum propugnaculis.

¶ Para. II

Turris
Dauid hu
militas ē;
Esa. 3.

¶ Reg. 24

¶ Quid erat turris Dauid? Putasne illa turris ma
nufacta, de qua legitur, cœptq; Dauid SYON,
hæc est ciuitas Dauid. Imo turris Dauid nō ma
nufacta fuit, cui tuum o dilecta collum debeat
assimulari, & hæc est humilitas Dauid. Atq; hic
sensus placet magis. Filiæ Syon(ait dominus de
us apud Esaiam) eleuatae sunt & ambulauerunt
extento collo, & nutibus oculorū ibant & plau
deabant. Hæc fuit superbia illarum. Propterea ex
pugnari potuerunt. Tuum autem collum nequa
q; extentum fuit, sed est sicut turris Dauid, id est
sicut humilitas Dauid, per quam ille coram deo
fortis, & contra homines stetit inexpugnabilis.
Ipse enim quasi terrimus ligni uermiculus, q;
& cum esset rex unctus, dixit ad Saul, cum eum
ille persequeretur. Quem persequeris rex Israel
quæ persequeris? Canem mortuum, & pulicem
unum. Turris ista ædificata est cum propugna
culis, & mille clypei pendent ex ea, omnis arma